

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 1: De peccatis Caput 8: De luxuria (12)

Isidorus:

Luxuria tunc magis queritur, dum videtur.  
Nam quidam sapiens ait:  
Prima fornicatio est tela oculorum secunda verborum.  
Sed qui non capitur oculis, potest resistere verbis.  
Nam ubi affectus liber est,  
qui delectationem refrenat libidinosae suggestionis,  
non transit ad consensum libidinis.  
Cito enim resistit operi,  
qui consensum non accomodat titillanti delectationi.  
Durius impugnatur qui usque ad consensionem,  
et si non usque ad perpetrationem temptatur,  
quam qui sola suggestionem,  
pro conditione carnis temptamentis sollicitatur.

Libido tunc magis quaeritur, dum uidetur.  
Nam sicut quidam sapiens ait:  
“Prima fornicationis oculorum tela sunt, secunda uerborum.”  
Sed qui non capitur oculis, potest uerbis resistere.  
Sufficit natura ubi adhuc liber affectus est.  
Qui delectationem refrenat libidinosae suggestionis,  
non transit ad consensum libidinis.  
Cito enim resistit operi,  
qui titillanti se non accomodat delectationi.  
Durius impugnatur qui usque ad consensionem  
etsi non usque ad perpetrationem temptatur,  
quam is qui sola suggestionem,  
pro conditione carnis, temptamentis sollicitatur.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 2.39.8-10 (CCSL 111,  
P. Cazier ed., p.172, ll.45-56).